

SYLLOGE INSCRIPTIONUM
CHRISTIANARUM VETERUM
MUSEI VATICANI

Ediderunt commentariisque instruxerunt
SODALES INSTITUTI ROMANI FINLANDIAE

curante

HENRICO ZILLIACUS

1

Textus

ACTA INSTITUTI ROMANI FINLANDIAE Vol. I:1

ACTA INSTITUTI ROMANI FINLANDIAE Vol. I:1

SYLLOGE INSCRIPTIONUM
CHRISTIANARUM VETERUM
MUSEI VATICANI

Ediderunt commentariisque instruxerunt
SODALES INSTITUTI ROMANI FINLANDIAE

curante
HENRICO ZILLIACUS

I

Textus

Helsinki Helsingfors 1963

YYPIS EXPRESSIT TILGMANN
HELSINKI-HELSINGFORS 1963

CONTINENTUR HOC VOLUMINE

PRAEFATIO	IX
SIGNA IN TEXTU EDENDO ADHIBITA	XIX
COMPENDIA PASSIM ADHIBITA	XX
TITULI	1
INDICES	276
VERBA LATINA	276
FRAGMENTA VERBORUM LATINORUM	287
VERBA GRAECA CUM FRAGMENTIS	288
COMPENDIA LATINA ET GRAECA	290
NOMINA GENTILICIA LATINA	293
COCNOMINA LATINA	294
NOMINA HOMINUM GRAECA	298
NOMINA GEOGRAPHICA	299
MENSES ET DIES	299
CONSPECTUS	301
OPERA QUAE PRIORUM LOCO AFFERUNTUR	301
COEMETERIA ET ALIA LOCA	306
INSCRIPTIONES CHRISTIANAE GALLERIAE LAPIDARIAE	
VATICANAE	308
NUMERI IN ICVR I—III CORRIGENDI AUT SUPPLENDI	316

PRAEFATIO

Gratissimo animo profitemur Summum Pontificem IOANNEM XXIII benigne permisisse, ut Instituti Romani Finlandiae sodales inscriptionibus christianis Vaticanis operam darent.

Quae hoc libro continentur inscriptiones christianae veteres in ea parte Musei Vaticani asservantur, cui »Galleria lapidaria« nomen est. Quam partem musei notum est ita esse dispositam, ut alter eius paries titulos ethnicos, alter maximam partem christianos praebat; utrinque plurimae tabulae, in quibus tituli sunt insculpti, pariete inclusae sunt.

Ut ceterae inscriptiones veteres christianae, sic hae quoque Vaticanae ad veteres Christianos melius cognoscendos publici iuris factae sunt aut fient, eo opere dicimus q. i. »*Inscriptiones christianae Urbis Romae septimo saeculo antiquiores*«, quod I. B. DE ROSSI abhinc annis centum auspiciis Summi Pontificis Pii IX incobavit cuiusque Novae seriei, curantibus A. SILVAGNI et post eum A. FERRUA, adhuc tria volumina edita sunt. Quem locum quaeque inscriptio Vaticana in *ICVR* obtineat, facile reperitur e conspectu quem libro nostro subiecimus (cf. infra p. XVII).

Praecipue tamen id hoc libro egimus, ut eos titulos, qui nondum in *ICVR* editi sunt, harum rerum studiosis legendos investigandosque praerberemus. Quarum quidem inscriptionum editionem omnibus numeris absolutam efficere nec volumus nec potuimus (vel ea de causa, quod neque schedas, quas de titulis confecit DE ROSSI quasque in editione praeparanda magni esse momenti notum est, inspicere potuimus, neque adnotationes vidimus in *ICVR* I p. LVI capp. 154 et 155 commemoratas); eam non nisi eo opere q. i. *ICVR* praestari posse constat. Illius tamen corporis adhuc multa volumina restant edenda¹ praeterea, ut omnibus notum est, procedent illa quidem secundum situm coemeteriorum, ad quae singuli tituli pertinent, disposita; quare inscriptiones Vaticanae, de quibus agimus, etiam toto opere perfecto hic illic sparsae legentur. At cum hae inscriptiones iam per se prope omnium generum titulorum christianorum veterum praebent exempla cumque in museo collocatae facilius adiri possint quam inscriptiones in coemeteriis positae, dignae videntur quae collectae edantur atque etiam commentariis illustrentur.

¹ Cf. ea quae exposuit qui nunc editoris fungitur munere, Pater A. FERRUA S.J., in praefatione vol. III p. V.

A. DE RATIONE IN INSCRIPTIONIBUS ELIGENDIS ADHIBITA

Variis causis adducti sumus, ut praeter inscriptiones in *ICVR* nondum editas etiam quasdam alias in syllogen a nobis factam reciperemus. Aliquot titulos, quos qui eos in *ICVR* ediderunt ipsi non inspexerunt neque dimensi sunt, sed e prioribus editionibus in suam transtulerunt, nobis denuo edendos esse existimavimus. Edidimus etiam unam alteramve inscriptionem tabula fracta ex diversis partibus constantem, cum eius partes sive omnes sive aliquot in *ICVR* sint editae neque animadverterit editor partes eiusdem inscriptionis illas esse.¹

De aliis operibus, in quibus pleraeque inscriptiones in nostram syllogen receptae editae sunt, cf. infra p. XII.

B. DE SINGULIS INSCRIPTIONIBUS EDENDIS

a. Numeri

Paries ille, in quo inscriptiones christianae insunt, in partes discriptus est, quae numeris Romanis paribus, a XIV usque ad XLVIII notatae sunt. Tituli, quos continent singulae partes, numeris Arabicis sunt notati.²

In nostra editione ordinanda has numerorum series secuti sumus singulisque numeris Romanis notam «Par.» praeposuimus. Itaque prima inscriptio a nobis edita Par. XIV 10, ultima Par. XLVIII 13 est. Singulis insuper inscriptionibus numeros Arabicos crassiores praefiximus; quibus numeris nostris (1—330) ad inscriptiones designandas semper utimur.

Ultimo loco inter numeros ad singulas inscriptiones pertinentes eum posuimus, quo quaeque inscriptio, postquam in possessionem Musei Vaticani venit, in inventario q.d. notata est; sunt autem inv. 5880—inv. 6692.

b. Tabulae status; mensurae

Infra eum versum, qui numeros modo commemoratos continet, prope sinistrum marginem indicamus, ex quo lapide confecta sit ea tabula, in qua titulus insculptus est. Si nihil additur, intelligendum est tabulam nobis integram videri; mutilam esse nota «Fragm.» monuimus. Quae de tabula in aliquot partes fracta similibusque rebus notavimus, ea non egent explicatione.

Nota «134 × 41 cm» significat tabulam, sicut nunc exstat, in latitudinem 134, in altitudinem 41 centimetra patere. Omnes tamen tabulas accu-

¹ Cf. quae dixit FERRUA l.c. extrema pagina.

- Siquando numero caret titulus, ipsi ei in editione numerum ad vicinorum titulorum numeros quadrantem dedimus, quem tamen uncis inclusimus. Contra fieri potest ut duo tituli in eadem parietis parte positi eundem numerum prae se ferant; tum, ut perspicuum esset, de utra inscriptione loqueremur notas addidimus quales sunt «sup(erior)» — «inf(erior)» sive «dext(ra)» — «sin(istra)».

rate dimetiri non potuimus, quia interdum accidit ut margines tabulae calce obducti sint.

Litterarum maximam minimamque eiusdem inscriptionis eo modo mensi sumus, ut observaremus quanta millimetra summa litterae incisura ab ima distaret. Haec ita notavimus 17—34 mm. Mensurae ad litteras textus continui pertinent, non ad christogrammata vel ad alias sive notas sive litteras extra textum positas.

c. Editores priores

Prope dextrum marginem virorum doctorum nomina operaque enumeravimus, siqui ante nos inscriptionem ediderunt; minime tamen contendimus nihil nos in hac re fugisse. Dedimus certe operam, ut quosdam libros vetustiores inscriptionum christianarum studiosis notissimos perscrutaremur; quos hic enumeramus adiectis compendiis quibus usi sumus.

- Aringhi — ARINGHIUS, P.: *Roma subterranea novissima*. Roma 1651.
 Bold. — BOLDETTI, M. A.: *Osservazioni sopra i cimiteri de' SS Martiri ed Antichi cristiani di Roma*. Roma 1720.
 Bosio — BOSIO, A.: *Roma Sotterranea*. Roma 1632.
 Fabr — FABRETTI, R.: *Inscriptionum antiquarum quae in aedibus palernis asservantur explicatio et additamentum*. Roma 1599.
 Lup — LUPI, A. M.: *Dissertatio in epitaphium S. Severae martyris Pannonii* 1734
 Maif. — MAFFEI, S.: *Museum Veronense, hoc est antiquarum inscriptionum atque anaglyphorum collectio*. Veronae 1749.
 Mai — MAI, A.: *Scriptorum veterum nova collectio*, vol. V, *Inscriptiones Christianae, quas collegit G. MARINIUS*. Romae 1831.
 Marang. ASV — MARANGONI, I.: *Acta S. Victorini episcopi Amterni et martyris Historica dissertatio cum appendice de coemeterio S. Saturnini*. Romae 1740.
 Marang. CG — MARANGONI, I.: *Delle cose gentilesche trasportate ad uso delle chiese*. Roma 1740.
 Mar. Alb. — MARINI, G.: *Iscrizioni antiche delle ville e de palazzi Albani*. Roma 1785.
 Mar. Arv. — MARINI, G.: *Atti e monumenti dei fratelli arvali*. Roma 1799.
 Mur. — MURATORI, A.: *Novus Thesaurus veterum inscriptionum in praecipuis earundem collectionibus hactenus praetermissarum*. Mediolani 1739—1742.
 Oder — ODERICIUS, G. A.: *Dissertationes et adnotationes in aliquot ineditas veterum inscriptiones et numismata*. Romae 1765.
 Os. — OSANN, F.: *Sylloge inscriptionum antiquarum Graecarum et Latinarum*. Lipsiae et Darmstadtii 1763.
 Pass. — PASSIONEL, B.: *Iscrizioni antiche illustrate con alcune annotazioni*. Lucca 1763.
 Per. — PERRET, L.: *Catacombes de Rome*. Paris 1851—1855.
 Reines. — REINESIUS TH.: *Syntagma inscriptionum antiquarum*. Lipsiae et Francofurti 1682

Adduimus etiam adnotationes manu scriptas ad huiusmodi inscriptiones pertinentes, quas confecit G. MARINI quaeque in Bibliotheca Apostolica asservantur, *Codd. Vaticani* 9071—9074 = Mar 9071 etc.

Aliquot praeterea inscriptiones in nostram syllogen receptae in his operibus editae sunt:

CE	= <i>Carmina Latina epigraphica</i> I—II ed. Buecheler 1895—1897.
CIG	= <i>Corpus Inscriptionum Graecarum</i>
CII	cf. Frey
CIL	= <i>Corpus Inscriptionum Latinarum</i>
Diehl	= <i>Inscriptiones Latinae christianae veteres</i> ed. Diehl I—II 1925—1927.
Frey	= <i>Corpus Inscriptionum Iudaicarum</i>
ICVR	= <i>Inscriptiones Christianae Urbis Romae</i>
IG	= <i>Inscriptiones Graecae</i>

Habuius denique rationem, quantum potuimus, eorum locorum quibus una vel altera ex his inscriptionibus commemoratur a scriptoribus recentioribus, qui inscriptionibus veteribus christianis vel coemeteriis investigandis operam dederunt:

Becker	= F. BECKER: <i>Die Heidnische Weshformel D·M auf altchristlichen Grabsteinen</i> . Gera 1881.
Beyer	= O. BEYER: <i>Frühchristliche Sinnbilder und Inschriften</i> . Kassel s.a.
Guard.	= M. GUARDUCCI: <i>I graffiti sotto la confessione di S. Pietro in Vaticano</i> I—III. Roma 1958.
Greeven	= G. GREEVEN: <i>Die Sigeln D·M auf altchristlichen Grabschriften und ihre Bedeutung</i> . Rheydt 1897.
Ihm	= M. IHM: <i>Römische Spielfafeln</i> . Bonner Studien zu R. Kehulé. Berlin 1890.
Ihm RM	= M. IHM: <i>Delle tavole lusorie Romane</i> . Römische Mitteilungen Rom 1891.
Krücke	= A. KRÜCKE: <i>Der Nimbus und verwandte Attribute in der frühchristlichen Kunst</i> . Diss. Erlangen. Strassburg 1905.
Leclercq	= DACL I col. 173 nr 39; XII col 1500.
Leonardi	= C. LEONARDI: <i>Ampelos</i> . Bibliotheca Ephemerides liturgicae. Sectio historica 21. Roma 1947
Marucchi Epigr.	= O. MARUCCI: <i>Epigrafia cristiana</i> . Milano 1910.
Marucchi RQS	= <i>Miscellanea archeologica V. Römische Quartalschrift</i> 1896.
De Rossi RS	= G. B. DE ROSSI: <i>Roma sotterranea</i> I—III. Roma 1864—1877.
Stuhlfauth	= G. STUHLFAUTH: <i>Das Schiff als Symbol der altchristlichen Kunst</i> RAC XIX, 1942.
Suhling	= F. SÜHLING: <i>Die Taube als religiöses Symbol im christlichen Altertum</i> . Römische Quartalschrift, Suppl. Heft 24, Freiburg i.Br. 1930.

Ex 325 inscriptionibus, quas continet sylloge nostra, 194 titulos apud scriptores supra commemoratos invenimus, ex his 68 titulos non nisi in Marini schedis Vaticanis. 131 igitur inscriptiones, ut videtur, nunc primum eduntur.

d. *Locus, quo tabula reperta est*

Tituli olim parietibus inclusi unde prolati sint, haud facile est cognoscere. Quia nobis defuerunt ea subsidia, quae supra p. IX commemoravimus, nihil de hac re affirmare potuimus nisi quae apud priores repperimus; ea autem, ad dimidiam fere partem nostrarum inscriptionum pertinentia, in editione post mensuras prioresque editores media pagina rettulimus. Ubi diiudicare non potuimus, quem locum prior editor significaverit, verba eius signis circumdedimus.

Ut tamen legentibus, quatenus fieri potuit, conspectum coemeteriorum ceterorumque locorum, ex quibus prolatae sint inscriptiones, proponeremus, indicem locorum libro nostro subiecinus.

e. *Imago photographica*

Summa liberalitate ii, qui Museis Pontificalibus praesunt, omnium inscriptionum quae hac sylloga continentur imagines photographicas nobis obtulerunt; quas in editione nostra publici iuris facimus.

f. *Textus inscriptionis*1) *De textu constituendo*

Conati sumus quam planissime eum habitum indicare, quem nunc quaeque inscriptio exhibet.¹ In textu neque quicquam correximus neque compendia explicavimus. Verbis mutilis non nisi ea supplementa adiecimus, quae nobis certa viderentur; coniecturis non indulsimus.

Siquando patet editores priores tabulam, quae nunc mutila exstat, integram vel saltem minus mutilam vidisse, textui qualem ipsi legimus ea verba, quae illi se legisse testati sunt, adiecimus, et quidem litteris inclinatis impressa. Tituli Graeci ubique tamen inclinatis litteris sunt impressi.

In textu constituendo signisque criticis adhibendis rationes q.d. Leiden-
ses quantum potuimus secuti sumus, cf. infra p. XVIII.

2) *De textu distinguendo*

Textum eodem modo atque in ipsa tabula in versus discripsimus. Si primi quique versus eiusdem inscriptionis a sinistro margine varie distant, hunc usum versuum collocandorum quantum fieri potuit imitati sumus. Eum praecipue versum, qui ultimo loco est, si, ut plerumque fit, brevior ceteris est et medius fere inter margines positus, similiter nos posuimus.

¹ Fieri non potuit ut omnes formae litterarum accurate typis redderentur; itaque litterae Σ et Ω semper his formis erant imprimendae, quamquam in ipsis titulis constanter formae ϵ et ω adhibentur.

Singulis versibus numeros ascripsimus, et quidem omnibus, sive litteras sive vestigia tantum litterarum exhibent. Ultima versus litterae si spatio deficiente superscriptae vel subscriptae sunt, ad eundem versum a nobis sunt relatae. Signis extra textum continuum positis, qualia sunt christogrammata et cetera monogrammata, nullum numerum dedimus.

Singula verba, quae in tabulis interdum uno tenore scripta sunt, in nostro textu distinximus. Textus primarius a nobis quidem numquam est interpunctus (de textibus interpunctis explanandi causa a nobis adiectis cf. infra p. XVI); sed exponuntur scilicet ea signa quibus ipsi quadratarii in interpungendo usi sunt; de quibus cf. infra.

3) De hederis et punctis

Hederam distinguentem in inscriptionibus adhibitam multas variasque formas exhibere notum est. Quas quia omnes imitari non potuimus, unam (♥) pro omnibus posuimus.

Etiam puncta in inscriptionibus variis modis conformata sunt; omnia tamen simplici puncto (.) expressimus.

4) De figuris extra textum positis

Christogrammata et monogrammata delineanda curavimus (quae quidem non semper ad formas in tabulis exstantes accurate respondent) et iis fere locis in editione collocare conati sumus, ubi in ipsis tabulis posita sunt. Simili modo collocavimus verba uncis inclusa, quibus breviter eas figuras imaginesque descripsimus, quas tabulae haud ita raro praebeant. Monendum est inter has etiam hederæ folia esse, aliquanto maiora quam hederæ *distinguentes*; quae vocabulo «folium» descripsimus.

His ipsis vocabulis, quae uncis inclusa sunt litterisque inclinatis impressa, delegavi lectorem ad eum commentarium, quo de figuris imaginibusque explicandis agitur (cf. 2 pp. 73—160); ibi singula verba secundum litterarum ordinem disposita sunt.

Eas imagines quas priores editores aut viderunt aut vidisse se crediderunt, sed quarum nullum iam vestigium in tabula exstat, in apparatu critico commemoravimus.

5) De litteris inscriptionum rubro colore pictis

Quo facilius textus inscriptionum legeretur, prioribus temporibus mos erat, ut litterarum ductus rubro colore pingerentur. Quod interdum negligentius factum est, ita ut lineae coloratae non secundum litteras a quadratario insculptas, sed plane aliter ductae sint. Rem ita esse animadvertimus, cum omnes inscriptiones a nobis edendas manu pertemptaremus. Itaque non fieri potuit quin textus a nobis constitutus multis locis non solum ab

editorum priorum textu discreparet, sed etiam ab eo quem exhibent imagines photographicae libro nostro insertae. Qua de re lectores monitos esse volumus.

g. Apparatus criticus

1) *De priorum lectionibus*

Quia in textu recensendo magnis quibusdam subsidiis carebamus (v. supra p. IX et XIII), ne apparatus quidem omnibus numeris absolutum instituere potuimus. Lectiones eorum editorum priorum, quorum libros percensuimus (cf. supra p. XI sq.), tam in apparatu commemoramus, cum a lectionibus a nobis receptis abhorrent.

Puncta quidem priores interdum aliter ac nos posuisse silentio praetermisimus; notavimus enim illos saepe interpunctionem ad certam quandam normam redegisse, ita ut diiudicari non possit, num punctum quoddam sive aliud interpunctionis signum, quod in editionibus posuerunt, etiam in ipsa tabula legerint.

Versus inscriptionum in apparatu semper nostris numeris notati sunt, etiam cum de lectionibus priorum agitur, quos inscriptiones saepe suo arbitrio in versus discipulis constat.

Supplementa ea, quae a prioribus adiecta sunt, in apparatu commemoravimus; ea autem, de quibus nihil adnotatur ipsi adiecimus.

2) *De re palaeographica*

Quia textui cuiusque inscriptionis imaginem photographicam adiecimus, satis duximus in apparatu res palaeographicas breviter attingere. Omnino lectorem ad imaginem delegamus. Notavimus tamen eas litteras, quae ligaturam q.d. formant, itemque litteras alio modo coniunctas; praeterea commemoravimus litteras minusculas formasque litterarum a communi norma recedentes.

Plerumque diiudicari non potest, utrum tales litterarum formae usum scribendi cuiusque temporis expriment an mero errore sint natae. Saepe enim fieri poterat, ut quadratius verba in exemplari, quod ante oculos habebat, exstantia (et fortasse litteris inclinatis scripta) non recte intellegeret, ut e.g. E pro F exararet. Aliquando etiam ipsae litterae minus accurate sunt insculptae, ita ut quaedam incisurae plane omitterentur, quaedam prave adicerentur (cf. A — A, C — E, etc.). Quae cum ita sint, ea quae nos in his inscriptionibus notavimus non multum afferunt ad aetatem cuiusque inscriptionis cognoscendam, licet eadem illa in quibusdam aliis inscriptionibus existent, de quarum aetate constat. Cf. omnino de his rebus infra 2 p. 232 sq. et GROSSI GONDI pp. 30—39 itemque THYLANDER, *Étude*

sur l'épigraphie latine pp. 40—50 et GORDON, *Album of dated Latin inscriptions* I, p. 2 sq.

h. Commentarius

Commentariis, quos singulis inscriptionibus subiunximus, breviter eas res explicavimus, quae cuiusque inscriptionis propriae sunt, ut nomina vel compendia minus usitata. Saepe tamen eae res, quae explicationibus egent, per omnem syllogen nostram frequentes sunt; tum lectorem ad paginas commentariorum continuorum, qui posteriore parte operis nostri continentur, delegamus; ad quas paginas designandas nihil nisi numeros Arabicos adhibemus.

i. Textus post commentarium iteratus

Ut commodum eorum lectorum serviremus, qui inscriptionum legendarum minus sunt periti, ultimo loco singularum inscriptionum textum supplementis quibusdam praeditum iteravimus. Iteratum textum litteris plerumque minusculis imprimendum curavimus et omissis imaginibus et figuris itemque punctis atque hederis, quae in tabula extant, secundum nostrorum temporum rationes interpunximus; additamentis, quae uncis qui sunt () inclusimus, indicavimus quomodo compendia (et monogrammata) a quadratariis adhibita solvenda essent; eas denique litteras, quas nobis persuasum est a quadratario per errorem omissas esse, uncis acutis < > circumdatas addidimus. Cum eiusmodi textus inclinatis sint litteris scripti, ad eas tamen voces vel litteras designandas, quas a nobis iam non lectas ex editoribus prioribus in nostrum textum transtulimus (v. supra p. XV), rectas litteras adhibuimus.

Ea vocabula Latina, quae a quadratario Graecis litteris scripta sunt, in textu iterato eodem modo imprimenda curavimus, ita tamen ut neque accentus neque spiritus signa adhiberemus.

C. DE COMMENTARIIS SEPARATIM EDITIS

Iam supra (p. IX) diximus nostram syllogen omnium fere generum titulorum veterum christianorum exempla continere. Constat praeterea a viris doctis, quamquam de inscriptionibus in coemeteriis exstantibus vel inde prolatis satis multa scripserunt, tamen minime omnes res huc pertinentes illustratas esse. Quas ob causas utile esse putavimus ad hanc syllogen commentarios satis copiosos adicere. In materia haud facili aliquando accidit, ut de una vel altera re in commentariis tractanda non omnes eodem

modo iudicaverimus; quod horum studiorum peritis minime mirum videbitur.

Agitur autem his commentariis, quos lingua francogallica imprimendos curavimus et in operis nostri volumine altero collocavimus, praecipue de sermone inscriptionum (tam Latino quam Graeco), de hominum nominibus in iis obviis¹, de figuris imaginibusque explanandis, de rebus ad vitam hominum pertinentibus, de rebus quibusdam ethnicis. Quae omnia hoc modo melius exponi posse rati sumus, quam si singulas inscriptiones commentariis plus minusve amplius instruxissemus.

Denique de quadam re difficillima pauca verba facienda sunt. Inscriptiones nostrae certas annorum notas non exhibent; de paucarum aetate aliquid certi proferre licet (v. infra 2 p. 233). Palaeographicas quidem rationes in hac re non magno esse usui supra p. XV monuimus. Quae tamen variis de causis de tempore harum inscriptionum disputari possunt, infra 2 p. 230—247 invenies; ea quae de singulis inscriptionibus ex hac parte commentariorum probabiliter concludi possunt, p. 248 sq. uno conspectu legentibus proposuimus. Quos monitos esse velimus illa tabula inscriptiones non nisi cum aliis comparatas ad certa tempora referri; videtur tamen in univsum posse affirmari titulos in hanc syllogen receptos maximam partem quarto post Christum saeculo insculptos esse.

D. DE INDICIBUS ET CONSPECTIBUS

Quo facilius legentes opere nostro uti possent complures volumini primo indices conspectusque subiecimus, qui ad verba Latina et Graeca, ad nomina hominum, ad alias quasdam res pertinent.

Adiecimus denique eum conspectum, cuius iam supra p. IX mentionem fecimus. Continet omnium inscriptionum christianarum, quae in «Galleria lapidaria» Musei Vaticani insunt, numeros ad parietis partes ipsasque inscriptiones designandas adhibitos (cf. supra p. IX) ordine dispositos; hos numeri editionum recentiorum excipiunt, ita ut nullo negotio perspicere possit, quo numero notata quaeque inscriptio sit edita vel in *ICVR* vel apud nos.

In hoc indice conficiendo quasdam difficultates habuimus: neque enim omnes tituli numeros habent et nonnullae tabulae, postquam numerum acceperunt, in alios parietes vel alios locos eiusdem parietis translatae sunt. Quae omnia a nobis in ipso indice suis locis sunt indicata.

Monendum est nostrum conspectum ad eum statum tabularum totiusque parietis pertinere, qui fuit mense Maio anni 1959. Fieri potest, ut una vel

¹ In commentario onomastico (2 p. 40—/2) nomina saepe ad normam quandam redacta sunt neque ea forma afferuntur quam in ipsis titulis exhibent.

altera tabula postea alio translata sit vel novum numerum acceperit; cuiusmodi rerum rationem habere non potuimus.

*

Restat ut gratias agamus omnibus qui nobis in hoc opere praeparando auxilio fuerunt.

Viri clarissimi, qui Museis Pontificibus praesunt, summa benignitate nobis permiserunt ut has inscriptiones publici iuris faceremus; quin etiam imagines photographicas omnium inscriptionum hic editarum liberalissime nobis obtulerunt. Imprimis gratias agimus Professore PHILIPPO MAGI, qui Musea Pontificalia tum regebat cum nos inscriptionum examinandarum causa Romae versabamur; qui vir humanissimus doctissimusque perpetua benevolentia nos magnopere obligavit.

Inscriptiones hoc libro editas primi descripserunt, id quod iis exercitationis causa propositum erat, KARL-ERIK HENRIKSSON, IIRO KAJANTO, KLAUS-KRISTER LOHIKOSKI, AARNE NIEMI, ERKEI PALMEN, TUOMO PEKKANEN, LEENA PENTTI, EILA SUOLAHTI, qui vere anni 1957 ad rem epigraphicam discendam in Instituto Romano Finlandiae versabantur.

Licentiato philosophiae ERIC BERGGREN, qui vere anni 1960, Professorique VEIKKO VÄÄNÄNEN, qui vere anni 1961 nonnullas inscriptiones nostra causa denuo contulit, grates agimus debitas.

Commentarios nostros in linguam francogallicam diligentissime verterrunt Patres JEAN PAILLARD, ANDRÉ LEMAIRE, GUY BÉTEUNE Ordinis Praedicatorum in Studio Catholico Helsingiensi necnon DOMINA HÉLÈNE LÁSZLÓ et lector PIERRE CHANFREAU.

In patriam reversi huic editioni perficiendae operam dedimus iis pecuniis adiuti, quas nobis e publico aulario Finlandiae pendendas curaverunt qui studiis humanarum litterarum provehendis sunt praepositi. Idem sumptum operis imprimendi praestiterunt.

Henrik Zilliacus

Patrick Bruun

Iiro Kajanto

Henric Nordberg

Jaakko Suolahti

Rolf Westman

SIGNA IN TEXTU EDENDO ADHIBITA

D O R M [I T]

unci quadrati bini indicant lacunam textus lapide fracto factam vel litteras in tabula casu deletas; quas interdum coniectura recuperare conati sumus.

]TIS FILII

unci quadrati singuli sive primo sive extremo versu positi indicant incertum numerum litterarum periisse.

A

punctum infra litteram positum indicat vestigia huius litterae, sed non plane certa, in lapide exstare.

GORGONIVS CONIVGI v. supra p. XIII.

EN EIPHNH

rectangulo litteras post litteram insculptas circumdedimus.

de punctis hederisque v. supra p. XIV.

Praeterea in textu quem commentario adiecimus (cf. supra p. XVI) uncis () adhibitis compendia explicavimus; litteras a quadratario per errorem omissas acutis uncis < > inclusas addidimus; de litteris rectis, quae inclinatis mixtae sunt, v. supra p. XVI


COMPENDIA PASSIM ADHIBITA

- AIRF* = Acta Instituti Romani Finlandiae
AJA = American Journal of Archaeology
BAC = Bollettino di Archeologia Cristiana
ByzZ = Byzantinische Zeitschrift
CE = Carmina Latina Epigraphica
CIG = Corpus Inscriptionum Graecarum
CII = Corpus Inscriptionum Iudaicarum
CIL = Corpus Inscriptionum Latinarum
DACL = Dictionnaire d'Archéologie Chrétienne et Liturgie
ICVR = Inscriptiones Christianae Urbis Romae
IG = Inscriptiones Graecae
JAC = Jahrbuch für Antike und Christentum
JRS = Journal of Roman Studies
JThS = Journal of Theological Studies
RAC = Rivista di Archeologia Cristiana
RE = Pauly-Wissowa etc.: Real-Encyklopädie der classischen
 Altertumswissenschaft
RLAC = Reallexikon für Antike und Christentum
RM = Römische Mitteilungen
RQS = Römische Quartalschrift
RS = Roma Sotterranea
SICV = Sylloge Inscriptionum Christianarum Veterum

TITULI

1. Par. XIV 10

inv. 5880



Tab. marm.

68 × 28 cm

litt. 30 — 40 mm

Marang. ASV 98; Mur. 1928 n. 3;

Mar. 9072; 334 n. 6; Mai 454 n. 4

E coem. Thrasonis (Mur., Mar., Mai)

- | | | |
|---|---------------|------------------|
| 1 | PRIMVS VONOSE | |
| 2 | COIVGI BENEME | (<i>uvae?</i>) |
| 3 | RENTI FECIT | |

2 COIGI Mar.

Ad fig. cf. 154 sq. 1 VONOSE pro *Bonosae*, cf. 12; 8. 2 COIVGI pro *coniugi*, cf. 16.

Primus Vonose coiugi benemerenti fecit.

2. Par. XIV 11

inv. 5850



Fragm. tab. marm.

55 × 31 cm

litt. 40 — 65 mm

Mar. 9071: 268 n. 20;

9072: 381 n. 2

«In atrio conventus S. Sabinae» (Mar.)

1

EPS IOHES

2

]GO CLAVDE SINV[

]NVS :

1—3 Episcopus Ioannes quem rogo claude sinus Habraae iacet hic Nepesinus Mar. 9072: unde, nescimus, 3 IVS Mar. 9071.

1 EPS = *episcopus*; IOHES = *Iohannes*; Iohannes, episcopus Nepesinus, de quo cf. 182. 2 cf. Luc. 16, 22 *factum est autem ut . . . portaretur ab angelis in sinum Abrahae*.

Ep(iscopu)s Ioh(ann)es, quem rogo claude sinus Habraae, iacet hic Nepesinus.

3. Par. XIV 16

inv. 5854



Fragm. tab. marm.

26 × 28 cm

litt. 25 — 45 mm

1]DP · UX · KAL ·[

2]VO DIES OCT[

3]MVS FILIS FE[

Ad formas litt. V et F cf. imag. et praef. 3 M: nihil apparet nisi Λ.

1 DP = *deposit-*, quia dies sequitur; UX, ut videtur, pro numero XV.3 MVS fortasse ultima pars nominis; FILIS pro *filis*, cf. 10; an errore quadratarii pro *filus*?]d(e)p(osit-) VX Kal(endas) [
fe[citd²]uo dies oct[

]mus filis

4. Par. XIV 21

inv. 5858



Tab. marm. in 3 partes fracta

63 × 21 cm

litt 30 - 45 mm

Lup 153; Marang. ASV 124;

Mur. 1927 n. 5; Mar. 9072.

427 n. 1; Per. V tab. 22 n. 39;

Diehl 1735 adn.

E coem. Bassillae vel S. Hermetis (Lup., Marang., Mar.)

»In coll. Patrum Soc. Jesu» (Mur.)

(pars ancorae?)

- | | |
|---|----------------------------|
| 1 | PRI · MAE · BIDVAE DECES · |
| 2 | SIT ANN CENTV DECESSIT |
| 3 | VII IDVS DEC · IN PACE |

Fig. om. Marang. Mar. Per.; 1 BIDVE Mur. 3 DEC: ad formam litt. E cf. imag. et praef.; IDVC DOC. Mur.

1 BIDVAE pro *viduae*, cf. 12. 2 CENTV pro *centum*, cf. 15, ad aetatem cf. 193 sqq.

Primae viduae. Decessit ann(or)um centu. Decessit VII Idus Dec(embres). In pace.

5. Par. XIV 24

inv. 5860



Tab. marm.
45 × 30 cm
litt. 22—25 mm

Bosio (1632) 495; (1650) 534;
Aringhi II 288; Reines 937 n. 170;
Mar. 9073: 592 n. 4; Per. V tab.
34 n. 98 cum not. libr.; Beyer 14

E coem. Priscillae (omnes)

1	SALVTIAE CO	: IVSTVS SE
2	IVGI BENEME	RENV PO
3	RENTI	VALERIAE
4		VICTORINAE
5		FILIAE

(tres calices cum panibus; extremi tres habent,
medius autem quinque)

2 POSVIT Beyer. 5 FILIAE ♡ Aringhi, Reines.; Mar.;
ad formam litt. F cf. imag. et praef.; calices om. Reines.

1—2 COIVGI pro coniugi, cf. 16; SERENV pro Serenus, cf. 15; IVSTVS
SERENV: ad nomen. cf. 46; ad figuras cf. 84 sq.; 144 sqq.

*Salutiae coniugi benemerenti. Iustus Sereni po(suit) Valeriae Victorinae
filiae.*

6. Par. XIV 30

inv. 5863



Tab. marm.

44 × 36 cm

litt. 30 — 50 mm

Mar. 9072: 519 n. 3;

Per. V tab. 14 n. 4;

Beyer tab. 2

E coem. Cyriacae (Mar.)

1

FILIAS FECERVNT

2

MATRI MARCELINE

3

BENEMERENTI IN PACE

3 BENEMERNTI: littera E post R aut errore quadratarum aut syncopa omissa; BENEMERENTI Mar

1 FILIAS pro *filiae*, cf. 19. 2 MARCELINE pro *Marcellinae*, cf. 17; 8.
3 BENEMERNTI pro *benemerenti*, cf. 11.

Filias fecerunt matri Marcelline benemerenti. In pace.

7. Par. XIV 37

inv. 5889



Fragm tab. marin

27 × 17 cm

litt. 15 — 40 mm

1]V IDVS AVG ♥ G[

2]MINVS XLV[

ANNVS


3]VM VXOR ♥

2 PLVS] MINVS, cf. 187; ANNVS, cf. 19; 31 sq

Idus Augustas) g[plus] minus annus XLV[]um
uxor

8. Par. XIV 41

inv. 5892



Tab. marm.

Mar. 9072: 544 n. 1

38 × 20 cm

litt. 25 — 40 mm

R. coem. Cyriacae (Mar.)

- | | |
|---|------------------------|
| 1 | DVLC F LAVREN |
| 2 | TIO QVI VIX M VIII |
| 3 | DIE XXIII DEF TER K DE |

3 DEP Mar.

1 DVLC — *dulcissimo*? 3 DIE pro *dies*, cf. 20.

*Dulc(issimo) f(ilio) Laurentio, qui vix(it) m(enses) X die(s) XXVIII.
Def(unctus) ter(tio) K(alendas) De(cembres).*

9. Par. XIV 43

Inv. 5868



Fragm. tab. marm.

40 × 41 cm

litt. 65 mm

1	IOHA NN
2	SEPA[
3	A[

2—3 christogramma inter litt. apocalypt.: ΑϞ Ω, cf. 118; 149 sq.

10. Par. XIV 44

inv. 5869



Fragm. tab. calc.

32 × 25 cm

litt. 40 mm

1


XIII

2

I ✕ (caput velatum et pars
capitis velati)

11. Par. XIV 45

inv. 5870



Fragm. tab. marm.

40 × 21 cm

litt 33 mm

- 1]IO IENVARI[
2 VI]XIT ANIS · X · VI[
3]QVIAESCIT IN PA[CE]

3 litt NP in ligatura.

1 IENVARI[pro *Iannari* , cf. 7. 2 ANIS pro *annis*, cf. 17. 3 QVIAE-
SCIT pro *quiescit*, cf. 7.

]io Ienuari[vi]xit anis XVI[]quiaescit in pa[ce].

12. Par. XIV 47

inv. 5894



Sin. pars tab. marm.

53 × 50 cm

litt. 40 — 65 mm

- 1 RENATO BENE[MERENTI
2 RESPEC[T
3 ET ME]

1 RENATO, ad nomen cf. 71.

Renato bene[merenti]] Respec[t]] et me]

13. Par. XIV 48

inv. 5895



Tab. marm. fere integra

74 × 24 cm

litt. 35 — 40 mm

- 1]AVR · VICTORINAE COIVGI ·
 2]FECIT AVTE M · ECVM
 3]KAL · SEPTEMBRIES IN PAC[E]

Dextra pars tituli? 3 litt. NP in ligatura.

1 COIVGI pro coniugi, cf. 16. 2 AVTE pro autem, cf. 14; 21. 3 SEP-
 TEMBRIES pro Septembres, cf. 20; 27.

] *Aur(eliae) Victorinae coniugi* [] *fecit aule mucum*
 [*Kal(endas) Septembries. In pac[e].*

14. Par XIV 49

inv 5872



Fragm. tab. marm.

50 × 16 cm

litt. 30 — 35 mm

CYRIACETI · FIAE · DV[

CYRIACETI: ad formam cf. 22; ad nomen cf. 69; FIAE pro *filiae*, cf. 11.

Cyriaceti filiae dulcissimae].

15. Par. XIV 50

inv. 5873



Fragm. tab. marm.

47 × 19 cm

litt. 40 — 45 mm

(columba in palma sedens)

CYRIACVS IN PA[CE]

Ad nomen cf. 69.

Cyriacus. In pa[ce].

16. Par. XIV 51

inv. 5896



Tab. marm. fere integra

41 × 26 cm

litt. 3½ — 40 mm

1 IN PACE · QVI VIX ·

2 [I]T M · XI · DEP ·

3 KAL · APRIL ·

(columba
in ramo sedens
ramum oleae
tenens)

Inf. pars tituli?

in pace. qui vix[i]t m(enses) XI dep(ositus) Kal(endis) April(ibus).

17. Par. XIV 52

inv. 5897



Fragm. tab. marm.

43 × 28 cm

litt. 30 — 40 mm

- 1 COM|PARI ♡ DONATE B (ramus)
 2]CE FECIT (folium)

2 ad formam litt I cf. imag. et praef.; an legendum FEC<I>T
 T(ITVLVM)?

1 DONATE pro *Donatae*, cf. 8.

com}pari Donate d[enemerenti?

]ce fecit.

18. Par. XIV 53

inv. 5874



Dextra pars tab. marm.

71 × 37 cm

litt. 45 — 55 mm

- 1 [E]VTYCHIANETIS ·
 2 Q · VIX · ANN · XXVI · M · VII
 3]BATIVS · MAR · CONIVCI
 4]A · IN P · D ♥


3 litt. AR in ligatura.

1 [E]utychianetis q(uae) vix(it) ann(os) XXVI m(enses) VII [
 cf. 13. 4 D = *deposita* ?

[E]utychianetis q(uae) vix(it) ann(os) XXVI m(enses) VII [
]batus mar(itus) coniuci []a. In p(ace) d(eposita).

19. Par. XIV 54

inv. 5875



Sin. pars tab. inarm.

39 × 36 cm

litt. 25 — 30 mm

- | | |
|---|--------------------------------|
| 1 | SIMPLICIO · IN · PA · CE D[VL] |
| 2 | CIS · SIMO · ET · CA · RIS |
| 3 | SI · MO A · MANTIS[SIMO] |
| 4 | DEPOSSTONE A[|

4 DEPOSSTONE pro *depositionem*, cf. 15; 17; 22, an legendum DE-
 POSSTO NEA? A BET₁ vel A BVIT pro *habet* vel *habuit*? cf. 13.

*Simplicio in pace d[ul]cissimo et carissimo amantis[simo]. Depositione
 a⁷bet*

20. Pax. XIV 55

inv. 5876



Fragm. tab. marm.

36 × 32 cm

litt. 60 — 75 mm

1 NTI · IN PA[CE]

2] · IDVS · AVG[

(phoenix?)

1 [BENEMERE]NTI, an nomen? ad significationem imaginis cf. 149.

benemere?]nti. In pa[ce]] Iāus Aug[ustas]

21. Par. XXXVIII 57 — XIV 57

inv. 6329 + 5899



2 fragm. tab. marm.
61 × 41 cm + 23 × 24 cm
litt. 43 — 66 mm

Sin. fragm. exhib. ICVR
2505; Diehl 3734 A

«In vinea Patrum Theresianorum» (ICVR ex Migliore,
Adversaria ms 108)

- 1]NA EIVS · LOCVM QVA[
2]I CONPARVNT POSITA
3 VIXIT ♥ ANN ♥ VIII ♥ DEP[-K] A ♥ MAIS

Fragmenta coniunximus nos. 3 Fragmentum deest litt. K continens,
quod vidit Migliore (secundum ICVR).

1]NA fortasse restituendum [FEMI]NA; QVA[EM?], cf. 7. 2 CON-
PARVNT haplographia pro *compararunt*, cf. 11; CONP- pro *comp-*, cf.
18. 3 MAIS pro *Mais*, cf. 10.

Diehl 3734 A adn. ita restituit: [... femi?]na eius, locum, qua[em?]
[se vivi sib]i comparunt (*sic*) etc.

[femi]na eius locum qua[em] sib[?]i comparunt, posita[
vixit ann(os) VIII. Dep(osita) Ka(lendis) Mais.

22. Par. XVI 2

inv. 5902



Tab. marm. in 2 partes fracta

55 × 24 cm

litt. 30 — 70 mm

1	P PAPER
2	AVRE PARA
3	BASIVS

Titulus duorum hominum videtur esse 1 P = *Publius*, cf. 43 sq.; PAPER nomen originis incertae. 2 de compendio AVRE cf. *Thes.* II p. 1483, 19 et 43.

P(ublius?) Paper, Aure(lius) Parabasius.

23. Par. XVI 3

inv. 5930



Fragn. tab. marm.

65 × 27 cm

litt. 60 mm

ASELLI[

Aut gen. nominis *Asele* aut forma nominis *Aseleici* vel *Aseleicae*.

24. Par. XVI 4

inv. 5931



Sin. pars tab. marm. in 2 partes fracta

70 × 27 cm

litt. 40 mm

PESONIA · PRO[

PESONIA fortasse pro *Pisonia*, cf. 8.

25. Par. XVI 5

inv. 5903



Tab. marm.
58 × 26 cm
litt. 35 — 40 mm

VEFINIA FLORENTIA

*(folium)*VEFINIA = *Vibinia*, cf. 8; 12.*Vefinia Florentia.*

26. Par. XVI 6

inv. 5904



Tab. marm.
73 × 32 cm
litt. 40 — 60 mm

(*folium*) GAUDENTIA (*folium*)

27. Par. XVI 8

inv. 5933



Tab. marm.
97 × 31 cm
litt. 27 — 45 mm

Marang. CG 453, Mar.
9072; 311 n. 5; Mai 447
n. 5

E coem. Priscillae (omnes)

- 1 (*folium*) VENERIVS CONIVGI AELII
- 2 E TIGRIDIS QVE VIXIT ME
- 3 CVM AN XXVIII BNM FECIT
(*phoenix?*)


Phoenicem om. Marang.

1—2 AELIE pro *Aeliae*, cf. 8. 2 QVE pro *quae*, cf. 9. ad phoenicem
cf. 149.

*Venerius coniugi Aelie Tigridi, quae vixit mecum an(nos) XXVIII,
b(e)n(e)m(erenti) fecit.*

28. Pat. XVI 11

inv. 59,44



Tab. marm.

135 × 30 cm

litt. 35 — 57 mm

- | | |
|---|--|
| 1 | VALERIAE · ALEXANDRIAE · CONIVGI · |
| 2 | BENEMERENTI · DVLCISSIMAE ADQVE · |
| 3 | AMANTISSIMAE QVAE VIXIT · ANNIS XXXVII |
| 4 | MENSES · P · M · IIII |

2 ADQVE pro *atque*, cf. 14. 3—4 de usu casuum in aetate indicanda
cf. 28—31. 4 PM — *Plus Minus*, cf. 187.

*Valeriae Alexandriae coniugi benemerenti dulcissimae adque amantissimae,
quae vixit annis XXXVII menses p(lus) m(inus) IIII.*

29. Par. XVI 12

inv. 5907



Tab. marm.

79 × 29 cm

litt. 25 — 45 mm

- 1 (folium) CASTORIAE (folium) CONIVGI (folium)
 2 INCONPARABILI BENEMER
 3 RENTI Q VIXIT ANN XI. ♥
 4 BITALIO MARITVS ♥

2 INCONPARABILI pro *incomparabili*, cf. 18. 4 BITALIO pro *Vitalio*, cf. 12.

Castoriae coniugi incomparabili benemerenti, q(uae) vixit ann(os) XI. Bitalio maritus.

30. Par XVI 13

inv. 5908



Tab. marm. med. fracta

86 × 26 cm

litt. 30 — 40 mm

1	TIGRIDI CONIVGI
2	BENEMERENTI
3	EVTYCHES MARITVS
4	CVM QVA VIXIT
5	ANNIS XII D VIII

3 ad formas litt. R et T (primae) cf. imag. et praef.

Tigridi coniugi benemerenti Eutyches maritus, cum qua vixit annis XII d(ies) VIII.

31. Par. XVI 14

inv. 5935



Tab. marm.
63 × 21 cm
litt. 30 — 60 mm

Bold. 476; Mar. 9073;
751 n. 4; ICVR 9061 e
Bold.

E coem. Callisti (Mar.)

(folium) PA RE CO RI

PARESORI · Bold., Mar., ICVR.

PARECORI pro *Paragori*, cf. 13; ad titulum cf. 122.

32. Par. XVI 15

inv. 5936



Sin. pars tab. marm. in 2 partes fracta

68 × 22 cm

litt. 40 — 45 mm

POMPEIE BENIMERINTI QVE[

DEP IN P · VII KAL NO[V

1 POMPEIE pro *Pompeiae*, cf. 8; BENIMERINTI pro *benemerenti*,
cf. 7; QVE pro *quae*, cf. 9.

Pompeie benimerinti que [vixit]]. *Dep(osita) in p(ace) VII*
Kal(endas) No(vembres)

33. Par. XVI 16

inv. 5909



Fragm. tab. marm.

28 × 18 cm

litt. 20 — 25 mm

]ANICIANVS · QV[

QV = QV[I VIXIT] aut pars nominis.

]Anicianus, qu[i vixit?

34. Par. XVI 19

inv. 5937



Fragm. tab. marm.

29 × 19 cm

litt. 25 — 35 mm

1]E BONITATIS · C[
 2 V]ICTORIAE ORFIV[S]
 3 CV]M QVEM VIXIT ANN[

Singula foramina v. 1 supra A et v. 3 inter E et M.

1 EXIMIA]E BONITATIS C[ONIVGI]? 3 [CV]M QVEM pro *cum*
qua, cf. 24; 32.

]e bonitatis c[
 ann[os

V]ictoriae Orfiv[s, cu]m quem vixit

35. Par. XVI 20 + XVI 31

inv. 5938 — 5917



2 tab. marm.

82 × 22 cm + 77 × 21 cm

litt. 30 — 35 mm

Marang. ASV 95; Mur. 1860

n. 11; Mar. 9072: 283 n. 5;

Mai 375 n. 5

E coem. Thrasonis (omnes)

1	ELPIDIA EVFRACTO	COMPARI QVI
2	VIXIT ANNOS XL	TE IN PACE

Coniunximus nos.

† EVFRASIO COMPARI Marang., Mur., Mar., Mai.; omnes praeter Mur. in sinistra parte calicem delineaverunt.

1 EVFRACTO pro *Euphrasto* errore quadratarii? ad nomen cf. 59. 2 TE IN PACE: ad acc. exclam. cf. 26.

Elpidia EufRACTO compari, qui vixit annos XL. Te in pace.

36. Par. XVI 21

inv. 5939



Fragm tab. marm.

31 × 21 cm

litt. 30 — 50 mm

- | | |
|---|---------------------|
| 1 | LEONI IN |
| 2 | CONING |
| 3 | FRONTO _L |

2 litt. IV coniunctae.

Leoni in[coning(i) Fronto[

37. Par XVI 23

inv. 5913



Dextra pars tab. marm.

52 x 23 cm

litt. 40 — 55 mm

]SOCO QVI

]A III MENS VIII

2 MENS: NFNS lapis (errore quadratarum; an legendum A II MENS?
cf. 117; 124.

]soco, qui vixit a(nnos) III mens(es) VIII.



2 tab. marm.

65 × 23 cm + 63 × 21 cm

litt. 15 — 40 mm

- | | |
|---|-------------------------------------|
| 1 | BONAE MEMORIAE DVLCISSIMAE |
| 2 | CONIVGI PROCVLAE QVAE VIXIT ANNOS |
| 3 | XL ET MENSES X ET FECIT CVM MARITVM |
| 4 | ANNOS · DVO MENSES DECIM DIES |
| 5 | IIII · D · XIII KAL AVG |

Coniunximus nos.

4 DECEM: CE coniunctae.

3 CVM MARITVM pro *cum marito*, cf. 32. 4 DVO pro *duos*, cf. 20 sq.

Bonae memoriae dulcissimae coniugi Proculae, quae vixit annos XL et menses X et fecit cum maritum annos duo menses decem dies IIII . D(e)posita) XIII Kal(endas) Aug(ustas).

39. Par. XVI 27

inv. 5914



Tab. marm.

46 × 15 cm

litt. 30 — 35 mm

VRBANILA

VRBANILA pro *Urbanilla*, cf. 17.

40. Par. XVI 28

inv. 5915



Tab. marm.

48 × 18 cm

litt. 25 — 28 mm

Mar. 9073: 788 n. 8

E coem. Thrasonis (Mar.)

ACAPENI IN PACE (foramen)

ACAPENI pro *Agapeni*, cf. 13; ad nomen cf. 71.*Acapeni. In pace.*

41. Par. XVI 29

inv. 5916



2 fragm. tab. marm.

46 × 21 cm

litt. 30 — 40 mm


1 HILARITA[

2 Q V AN ♠ XI[

Hilarita[] q(uae) v(ixit) an(nos) XI[

42. Par. XVI (30).

inv. 5943



Tab. marm.

150 × 29 cm

litt. 35 — 50 mm

Marang. CG 457;

Diehl 4264 G

E coem. Priscillae (Marang.)

- 1 HILARINVS HYGIATI CONIVGI BENE
 2 MERENTI QVAE VIXIT MECVM ♡ ANN XXXVII
 3 ET FILIAS MATRI PIENTISSIME ♡ IN PACE ♡

2 QVE Marang., Diehl

1 HYGIATI ad formam cf. 22. 3 FILIAS pro *filiae*, cf. 19; PIEN-
 TISSIME pro *pietissimae*, cf. 8; 20.

*Hilarinus Hygiati coniugi benemerenti, quae vixit mecum ann(os)
 XXXVII et filias matri pietissime. In pace.*

43. Par. XVI 32

inv. 5918



Tab. marm.
 22 × 21 cm
 litt. 20 — 30 mm

Lup. 105 n. 2, Per.
 V tab. 26 n. 57

- ✱
- 1 VINCENSE
 2 SCRIPSIT FEM
 3 BENEMERENTI
 4 Q ♡ VIX ANN XXVII

4 ANN · XXLIH Per.

1 VINCENSE pro *Vincentiae*, cf. 8; 16.

Vincense scripsit fem(inae) benemerenti, q(uae) vix(it) ann(os) XXVII.

44. Par. XVI 33

inv. 5919



Fragm. tab. marm.
47 × 28 cm
litt. 25 — 35 mm

Marang. CG 393; Ihm, Bon-
ner Studien n. 25, incertum
tamen an idem sit; Ihm RM
n. 25 ipse descripsit

E coem. Priscillae (Marang.)

1	IDIOTA		LVDERE
2	NESCIS		VICTVS

Marang., Ihm (Bonner Studien):

1	IDIO	LVDERE
2	NESCIS	VICTVS

Ihm (RM):

1	A	LVDI
2	S	VICT
3	[LEBA TE	DA LOCV

Ihm (Bonner Studien).


Fragm. lusoriae tabulae, quae utrimque ternos versus senarum littera-
rum exhibuit; medium spatium in summa et ima parte semicirculum, in
media autem circulum habuit. Ad usum tab. lus. cf. LAFAYE, *Daremb.-*
Saglio III 2, p. 1403 sq.

1 XI sive nomen Christi per compendium scriptum sive verbum ad ludum aleatorium pertinens, e.g. *APXI* (?) = ἀρχή, cf. *monogrammata*, 116 sq.; *APXI* pro ἀρχή, cf. 34. Incertum utrum monogramma statim insculptum sit an tum demum, cum tabula in loculo posita est. Nonnulla signa christiana in circulis et semicirculis reperta sunt, πῆλῃ autem et huius modi monogrammata sunt unica (cf. I h m. op. cit.; FERRUA, *Epigraphica* VIII, pp. 53—73 et *Cm. Catt.* 1947, pp. 134—142). 2 *IEZE* an intelligendum *HAIZE*? cf. 33. Versus tertius supplendus videtur *RECEDE LVSORI* vel *DA LVSORI LOCV* (cf. *CIL* XIV 4125, 2 = I h m. n. 24) vel secundum I h in *LEBA TE DA LOCV*. Quis fuerit textus semicirculi huius versus, sciri non potest, nisi forte *ἐλάος* monogrammati modo scriptum.

Idiota ludere nescis victus da lusori locu? In medio spatio: ἀρχή, πῆλῃ.

45. Par. XVI 34

inv. 5944



Tab. marm.

Per. V tab. 31 n. 77

52 × 17 cm

litt. 25 — 35 mm

1	INNOCENTIVS INFANS
2	ANIMA DVLCIS QVE VIXIT
3	ANNI X VIX MENSES X

1 ad formam litt. F cf. imag. et praef. 3 versum om. P e r.

1 INNOCENTIVS: ad nomen cf. 71. 2 QVE pro *quae*, cf. 9. 3 possis etiam ANNI X (ANNI = *annis*); an legendum ANNIX (= *annis*) et VIX pro numero XVI accipiendum? ob stare videtur quod Innocentius noster *infans* appellatur, cf. tamen *Thes.* VII, p. 1348 l. 21; an adverbium est VIX?

Innocentius infans, anima dulcis, quae vixit ann(os) IX vix(it) menses X.

46. Par. XVI 36

inv. 5946

Vide 38 inf.

47. Par. XVI 37

inv. 5920



Tab. marm. in 2 partes fracta

148 × 26 cm

litt. 25 — 60 mm

- 1 BENIGNVS FAVSTINAE CONIVCI
 2 BENEMERENTI FECIT QVE (folium)
 3 FECIT MECVM ANN III VIXIT ANN XXX
 4 IN PACE

1—3 ad formas litt. F et T cf. imag. et praef.

1 CONIVCI pro coniugi, cf. 13. 2 QVE pro quae, cf. 9.

Benignus Faustinae coniuci benemerenti fecit, quae fecit mecum ann(os) III, vixit ann(os) XXX. In pace.

48. Par. XVI 38

inv. 5947



Tab. marm.

148 × 25 cm

litt. 50 — 55 mm

- | | |
|---|-------------------------|
| 1 | TITVLV CENIALIS BENE |
| 2 | MERENTI VIXSIT · A · |
| 3 | XXXV M · IIIII DECESSIT |
| 4 | IN PACE |

(folium)

1 TITVLV pro *titulus*, cf. 15; CENIALIS pro *Genialis*, cf. 13. 2 VIXSIT pro *vixit*, cf. 16.

Titulu Cenialis. Benemerenti. Vixsit a(nnos) XXXV m(enses) IIIII. Decessit in pace.

50. Par. XVI 41

inv. 5923



Fragm. tab. marm.

21 × 27 cm

litt. 40 — 50 mm

- | | |
|---|--------------|
| 1 | ITAS · Q · V |
| 2 | ONIVN |

1 ad formam litt. S cf. inag. et praeſ.

1 Q V = *Qui vixit*? 2 C]ONIVN[X ? vel N]ON IVN?

51. Par. XVI 42

inv. 5924



Dextra pars tab. marm.

46 × 30 cm

litt. 45 — 55 mm

- 1 PL]VS MINVS · XL · FEC
 2]FECIT · MARITV
 3 IN PACE

1 PL]VS MINVS, cf. 187. 2 MARITV pro *maritus*? cf. 15.

annos? pl]us minus XL fec[it?
maritu] in pace.

fecit

52. Par. XVI 43

inv. 5948



Fragm. tab. marm.

70 × 28 cm

litt. 45 — 50 mm


MIAA

(olea)

MIAA pro *Mina*, vel fragmentum nominis.

53. Par. XLVI 8 | XVI 44

inv. 6576 | 5949



2 tab. marm.

71 × 25 | 69 × 24 cm

litt. 30 — 45 mm

Sinistram partem exhib.,
dextram e sched. De Rossi
suppl. ICVR 2264

1 PRINCIPIVS CAVDENTIA

E COIVGI BENEMERENTI

2 QVAE VIXIT ANNIS XXXV MEN

SES VIII ET DIES XXV IN PACE


Coniunximus nos.

1 COIVGI pro *coniugi*, cf. 16.

*Principius Gaudentiae coniugi benemerenti, quae vixit annis XXXV
menses VIII et dies XXI. In pace.*

54. Par. XVI 45

inv. 5925



Dextra pars tab. marm.

23 × 26 cm

litt. 40 — 45 mm

- | | |
|---|-----------------|
| 1 |]LENIVS DOM |
| 2 |]A FILIA SVAE V |
| 3 | O]VIESCENT IN |

2 ad formam litt. F cf. imag. et praef. 3 litt. IE coniunctae.

2 FILIA SVAE, fortasse errore pro *filiae suae*; V = V[ENEMERENTI]?
 an *filia sua Eu*?

]lenius dom[a filia suae v[enemerenti? q]uiescent in [pace?

55. Par. XVI 46

inv. 5926



Fragm. tab. marm. in 3 partes fractum

Mar. 9074: 912 n. 6

44 × 24 cm

litt. 25 45 mm

E coem. Thrasonis (Mar.)

1 AT XXII FECIT IN PAC[E]

2 9 KAL APR

Pars inf. tituli. 1 PACE Mar.

1 AT pro *autem*? cf. DIEHL 4997 et eius Ind. XII.

[a(u)l(em) XXII fecit. In pac[e]] VI Kal(endas) Apr(iles).

56. Par. XVI 47

inv. 5927



3 fragm. tab. marm.

Mar. 9074: 835 n. 6

65 × 18 cm

litt. 30—60 mm

E coem. Thrasonis (Mar)

1 PAVLINA QVE VIXIT ANN

2 OS VIII DIES XI DORMIT IN PACE

Textum partis nunc perditae descripsit Mar. 1 PAVIINA Mar.
2 litt. IT coniunctae; ad formam litt. P cf. imag. et praef.

1 QVE pro quae, cf. 9.

Paulina, quae vixit annos VIII dies XI, dormit in pace.

57. Par. XVI 48

inv. 5950

Vide 163

58. Par. XVI 49

inv. 5951



Fragm. tab. marm.
26 × 23 cm

(columba, vitis, uvae)

56. Par. XVI 47

inv. 5927



3 fragm. tab. marm.

Mar. 9074: 835 n. 6

65 × 18 cm

litt. 30—60 mm

E coem. Thrasonis (Mar.)

1

PAVLINA QVE VIXIT ANN

2

OS VIII DIES XI DORMIT IN PACE

Textum partis nunc perditae descripsit Mar. 1 PAVIINA Mar.
2 litt. IT coniunctae; ad formam litt. P cf. imag. et praef.

1 QVE pro quae, cf. 9.

Paulina, quae vixit annos VIII dies XI, dormit in pace.

57. Par. XVI 48

inv. 5950

Vide 163

58. Par. XVI 49

inv. 5951



Fragm. tab. marm.
26 × 23 cm

(*columba, vitis, uvae*)

59. Par. XVI 50

inv. 5952



Tab. marm. in 7 partes fracta

Mar. 9073: 635 n. 4

62 × 25 cm

litt. 30 — 45 mm

E. coem. Thrasonis (Mar.)

- 1 AGRIPPINA OMNIBVS PARENTIBVS DVL[
 2 QVAE BIXIT ANNIS XXVIII · M · VIII · D[
 3 CVM · MAXIMVM BIRGINIVM · A · N · X[

Textum ex Mar. supplevimus, qui tamen v. 3 CVM · MARITVM BIRGINIVM scripsit.

1 OMNIBVS PARENTIBVS (sic); DVL: incertum utrum fuerit *dulcis* an *dulcissima*. 2 BIXIT pro *vixit*, cf. 12. 3 BIRGINIVM pro *virginium*, cf. 12; CVM MAXIMVM BIRGINIVM pro *cum Maximo virginio*, cf. 32, ad rem cf. 209; A · N = *annis numero*?

Agrippina, omnibus parentibus dul[cissima?], quae bixit annis XXVIII m(enses) VIII d(ies) [et vixit?] cum Maximum birginium a(unis) n(umero) X

60. Par. XVI 52

inv. 5929



Tab. marm.

90 × 27 cm

litt. 45 — 60 mm

Per. V tab. 31 n. 79

- | | |
|---|-------------------------|
| 1 | MAVRO · GAUDENTIO |
| 2 | BENE · MERITO · IN PACE |

1 ad nomen cf. 46.

Mauro Gaudentio bene merito. In pace.

61. Par. XVIII 1

inv. 5953



Tab. marm.

73 × 20 cm

litt. 40 — 50 mm

- | | |
|---|-----------------|
| 1 | DEPOSITA |
| 2 | KAL IVLIAS |
| 3 | IN PACE RESTVTA |

2 KAL(ENDAS) IVLIAS pro *Kal(endis) Iulii*, cf. 27. 3 RESTVTA pro *Restituta*, cf. 11.

Deposita Kal(endas) Iulias. In pace Restuta.

62. Par. XVIII 7

inv. 5956



Tab. marm.
105 × 27 cm
litt. 28 — 50 mm

Mar. 9073: 706 n. 12

E coem. Thrasonis (Mar.)

1 BASILEO BENEMERENTI ♡
2 IN PACE ♡

Basileo benemerenti. In pace.

63. Par. XVIII 20

inv. 5961



Tab. marm. in 3 partes fracta
120 × 29 cm
litt. 35 — 50 mm

(folium) ♡ LUPERCILLA ♡ FILIA ♡ IN PACE ♡

Lupercilla filia. In pace.

65. Par. XVIII 26

inv. 5965



Dextra pars tab. marm. in 3 partes fracta

41 × 26 cm

litt. 32 40 mm

- | | |
|---|-------------------------------------|
| 1 |]ISPVS · ET AVRELIA |
| 2 | A]VRELIE ASELLICE (<i>folium</i>) |
| 3 |]E QVE VIXIT · ANNIS |
| 4 | PAR]ENTES BENE (<i>palma</i>) |
| 5 |]T · IN PACE (<i>folium</i>) |

2—3 [A]VRELIE, ASELLICE, QVE, fortasse etiam IE. pro *Aureliae*,
